



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Fornicationis siue luxuriae remedia sunt quinq[ue].

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

populum, cuius eleemosynis uestiuntur, & nutriuntur, & pro quibus tenentur orare, & gratiam impetrare uite sanctitate, quod non faciunt; quia ut dicit D. Gregorius. Cum indignus ad intercedendum mittitur, irati iudicis animus ad deteriora prouocatur. Et Bernardus. Qui ambulant in carne deo placere non possunt, & placere uelle presumunt. Quintum est, quia ministri dei sunt. Require in capitulo de ministris Ecclesie. litera M. Sextum est, quia sacerdos est Angelus. Vnde Malachias Propheta uocat sacerdotem Angelum Domini exercituum. in capite. 2.

Grego.

Bern.

Mala, 2

Fornicationis siue luxurie remedia sunt quinque.

Primum est, ut corpus tribulationibus affligat. Ecclesiasticus. Malicia horæ unius obliuionem facit luxurie magnæ. Hic exempla quam plurima adduci possent. Secundum ut homo subtrahat sibi de cibo & potu, ut uinum forte, & acutos sapes. Vnde Isidorus. Nemo potest dominari ceteris uitiis nisi prius ingluuiem uentris restrinxerit. Tertium est, elongatio mulierum, quæ

Ecc1, 2.

Isy 3.

- 1. Cor. 6** docet Apost. Fugite fornicationem &c. Amb. Cum aliis uitiis potest expectari conflictus, sed hanc fugite, nec appropinquetis, quia non potest
- Hieron.** melius uinci. Et Hieronymus. Credit mihi non potest cum Deo habitare, qui feminarum accessibus deputatur. Et Isidorus. Tolle occasionem peccandi, aufer materiam delinquendi, si uis esse tutus à fornicatione.
- Hieron.** Quartum est, honesta occupatio. Hieronymus. Semper aliquid facite boni operis, ut semper diabolus inueniat te occupatum. Quintum est, consideratio mortis, uel status, in quo futura est caro post mortem. Unde Gregorius. Nil adeo ualet ad dominandum carnis desideria, sicut cogitare quod sit futura post mortem. Et D. Chrysostomus. Quid profuit illis, qui in luxuria corporis, & presentis uitae uoluptatibus usque ad diem ultimum permanserunt? intuere nunc sepulcrorum, & uide si est aliquid iactantiae suae uestigium, si aliquid diuitiarum uel luxuriae signum cognoueris, reuertere ubi nunc uestes, & adornamenta peregrina, ubi uoluptas, risus, & letitia, quod abiit, quod abcessit, ubi nunc, ubi ipsi? Et notandum quod multi solent in uitio fornicationis bonitatem decipere. Primum est, sanctus

I
mulier
nam q
tem, m
freque
Isidor
tuit uir
cundum
bus. Hi
recto c
tua cast
uid hui
nec Sal
est, co
Si gen
lo mod
Thama

Fure

P
n
t
lator. C
lians, t
feci su
nes ext
Tertiu
rius. Q
git se i
incaut
pre da

mulieris . Vnde Hieronymus . Femi- **Hieron,**
 nam quam uideris bene conuersan-
 tem, mente dilige, sed corporali non
 frequentes accessu . Quia sicut dicit **Isyd,**
 Isidorus. Sepe quos uoluptas non po-
 tuit uincere, assiduitas superauit . Se-
 cundum est fiducia de propriis uiri- **Hieron,**
 bus. Hieronymus. Vide ne sub eodem
 tecto cum muliere manseris, nec in
 tua castitate confidas . Non enim Da-
 uid humiliores, nec Sansone fortior,
 nec Salomone sapientior . Tertium
 est, consanguinitas . Hieronymus. **Hieron,**
 Si generis gratia iudicas easdem nul-
 lomo dimittere . Memento quod **2, Re, 13**
 Thamar a fratre suo corrupta est .

Fures spirituales sunt tres.

Primus est diabolus . Io. 10. Fur **Ioan. 10**
 non uenit nisi ut mactet, & fure-
 tur, & perdat. Secundus est adu-
 lator. Osee. 7. Fur ingressus est, spoli- **Osee. 7**
 ans, latrunculus foris, fures intrin-
 seci sunt. Adulatores domestici; latro-
 nes extrinseci sunt latrones extranei.
 Tertius est uanagloria. Vnde Grego- **Grego.**
 rius. Quasi quidam latrunculus adiun-
 git se in uia fauor humanus, & quos
 incautos reperit, expoliat. Idem. De **Idem.**
 p̄dari desiderat qui thesaurum pu-